Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

aut dns symoni. Symon symõ
ecce sathanas expetiit vos ut cri
braret sicut triticum. Ego aut
rogaui pro te ut non deficiat fi
des tua: et tu aliquãdo rõsus cõ
firma fres tuos. qui dixit ei. Do
mine tecum paratus sum. et in
carcerem et in mortem ire. Et
ille dixit. Dico tibi petre: non
cantabit hodie gallus. donec
ter abneges nosse me. Et dixit
eis. Quando misi vos sine sac
culo et pera et calcamentis. nũ
q' aliquid defuit vobis? At illi
dixerunt nichil. Dixit ergo eis.
Sed nũc qui hꝫ sacculũ tollat
simile et peram. et qui nõ habet
vendat tunicam suam et emat
gladium. Dico enim vobis quõ
adhuc qd scriptum est oportet i
plen in me. et cũ iniquis re
putatus est. Etenim ea que sũt
de me finem habent. At illi dixerũt.
Dñe ecce gladii duo hic. At ip
se dixit eis. Satis est et egressus
ibat secũdũ Consuetudinem in mon
tem oliuarũ. Secuti sũt aũt. et
illi discipuli eius. Et cum pe
uenisset ad locum dixit illis
Orate ne intretis in tẽptaõ
nem. Et ipse auulsus est ab
eis: quãtũ iactus est lapidis
et posito genibus orabat dicẽs
Pater si vis transfer calicem istũ a
me. Verũtamen non mea voluõ
tas sed tua fiat. Apparuit illi a
gelus de celo confortans eum.
Et factus est in agonia prolix
ius orabat. Et factus est sudor
eius sicut gutte sanguis decurren
tis in terram. Et cum surrexisset
ab oratione et venisset ad discipulos
suos inuenit eos dormientes pre
tristitia. Et ait illis. Quid do
mitis? Surgite et orate ne in
tretis in temptaõem. Adhuc eo
loquente. Ecce turba et qui vo
cabatur iudas sciharioth unus
de duodecim antecedebat eos. Et a
pproinquauit iesu ut oscularetur
eum. Jhesus aut dixit illi. Juda:
osculo filium hominis tradis. Vidẽ
tes aut hi qui circa ipm erant quõ
finis erat. Dixerunt ei. Dñe si
percutimus in gladio? Et percussit
unus ex illis seruũ principis sac
dotũ et amputauit auriculam ei
eius dextram. Respondens aut iesus
ait. Sinite usq; huc. Et cum
tetigisset auriculam eius sana
uit eũ. Dixit aut iesus ad eos
qui venerãt ad se principes sacer
dotũ et magistratus templi et
seniores quasi ad latronem ex